

in Nuptiis Cant. faciet sapientia sagula metretas binas, vel ternas. 4. Reg. cap. 6. v. 17. quod in oblatione Samaritanorum fuerit olim ciborum penuria, ut quavis pars cibi servit...

XIV. Concludit ergo idem S. Doctor 2. 2. quæst. 1. art. 8. in corp. quod sicut dictum est, illa per se pertinent ad fidem, quorum visio in vita eterna percipitur, & per quos dicitur ad vitam eternam. Duo autem nobis videnda proponuntur, scilicet oculum divinam, cuius visio nos beatus facit, & mysterium humanitatis Christi, per quod in gloria Filium Dei accessum habemus, ut dicitur Rom. 5. Unde dicitur Joan. 17. hac est vita æterna, ut cognoscant te Deum verum, & quem misisti Jesum Christum. Et idem prima distinctio creditur esse, quod quidam pertinent ad Majestatem Divinitatis, quodam vero pertinent ad Mysterium Humanitatis Christi, quod est pietatis Sacramentum, ut dicitur 1. ad Timoth. 4. Articuli ergo fidei primo dividuntur in articulos pertinentes ad Divinitatem, & articulos pertinentes ad Incarnationem, seu Christi humanitatem.

XV. Prosequitur deinde S. Doctor. Circa majestatem autem Divinitatis tria nobis credenda proponuntur. Primo quidem unitas Divinitatis: & ad hoc pertinent primus articulus. Secundo Trinitas Personarum: & de hoc sunt tres articuli secundum tres Personas. Tertio vero proponuntur nobis opera Divinitatis propria, quarum primus pertinet ad esse naturæ: & sic proponitur nobis articulus creationis. Secundum vero pertinet ad esse gratiæ: & sic proponitur nobis sub uno articulo omnia pertinentia ad sanctificationem humanam. Tertium vero pertinet ad esse gloriæ: & sic proponitur nobis alius articulus de Resurrectione Carnis, & de Vita æterna, & ita sunt septem articuli ad Divinitatem pertinentes.

XVI. Similiter etiam circa humanitatem Christi ponuntur septem articuli. Quarum primus est de Incarnatione, seu de Conceptione Christi. Secundus de Nativitate ejus ex Virgine. Tertius de Passione ejus, & Morte, & Sepultura. Quartus est de descensu ad Inferos. Quintus est de Resurrectione. Sextus de Ascensione. Septimus de adventu ad Judicium. Et sic in universum sunt quatuordecim.

Addit tamen, quod quidam distinguunt duodecim Articulos Fidei, sex pertinentes ad Divinitatem, & sex pertinentes ad Humanitatem. Tres enim articulos trium Personarum comprehendunt sub uno, quia eadem est cognitio trium Personarum. Articulus vero de opere glorificationis distinguunt in duos, scilicet, resurrectionem carnis, & gloriam vitam. Similiter articulum Conceptionis, & Nativitatis conjungunt in unum.

XVII. Qui vero dubitari poterat, Sacramentum Eucharistiæ, quia habet specialem difficultatem per multos articulos, specialem articulum constituit, respondet ad 6. Quod in Sacramento Eucharistiæ duo possunt considerari. Unum scilicet quod Sacramentum est, & hoc habet eandem rationem cum aliis sacramentis gratiæ sanctificationis, aliud est, quod miracula ubi Corpus Christi continetur, & sic concluditur sub omnipotentia, seu omnia & omnia alia miracula, quæ omnipotentia attribuuntur.

QUESTIO II.

De natura Theologia.

DE existentia, utilitate, necessitate Theologiae, & aliis, quæ visa sunt opportuna, pro primo ad eam ingressu, in precedenti questione actum est. Nunc de ejus natura, & proprietatibus instituendus erit sermo, nimirum: an sit scientia, & qualis; an subalternata Scientiæ Dei, & Beatorum: an entitative naturalis, vel supernaturalis; an practica; quodnam sit ejus obiectum; aliæque ad perfectam naturæ, & proprietatum Theologie intelligentiam necessaria.

DUBIUM I.

An Theologia sit vere Scientia.

S. I.

Quædam prætorantur.

I. Dubium præsens non excitatur de Theologia, quæ sit, cumdum se, & objective sumpta. Hic enim certo certus iudico, eam esse scientiam, cum habeat principia certo & evidentia cognoscibilia, nimirum divinas veritates, ex quibus sunt deducibiles per necessariam illationem necessarias, & evidentes conclusiones; quæ modus objectivus procedendi est proprius modus scientiæ. Insuper Theologia est unum ex habitibus, immo & virtutibus intellectualibus; virtutes autem quæst. 17. quinque tantum sunt, videlicet intelligentia, sapientia, scientia, prudentia, & ars. Intelligentia versatur circa prima principia, & quidem absque discernu. Hinc illa duo, quælibet est, vel non est, bonum est amandum, malum est fugiendum, sunt obiectum intelligentiæ. Sapientia agit de rebus, non per proximas earum causas, sed per altiores, & universales: sic sapiens dicitur Legislator, qui in universales, quibus procedit sapiens ad causas altiores, & universales, nempe bonum, & tranquillitatem Reipublicæ, potius quam ad privatam bonum, & commodum hujus, vel illius personæ. Scientia vero (ut a Philosophis definitur) est habitus certus, & evidens per demonstrationem acquisitus, seu procedens ex causis proximis. Prudentia vero agit circa ea disponenda, quæ hic & nunc, seu in particularibus circumstantiis agenda sunt; an scilicet in presenti rerum statu bellum in hostes movendum sit, an paci studendum. Arstandum versatur circa factibilia, seu circa opera, quæ per potentias externas, manus, pedes, fieri solent. Atqui Theologia secundum se spectata non est intelligentia: non enim versatur circa principia immediate. Non est prudentia cum non tractet de ordinandis iis, quæ in particularibus circumstantiis agenda sunt. Multo minus est ars, quia non versatur circa factibilia per externas potentias, ergo erit, vel scientia, vel sapientia.

Nec refert, quod agat de singularibus. Nam per se agit de Deo, qui singularis quidem est, sed summe necessarius. In tantum autem habitus, qui per se versatur circa singularia, scientificus esse non potest, quia hæc cum in continuo fluxu, & contingentiæ sit, certam sui cognitionem fundere non possunt, ut ad scientiam requiratur. Licet autem agat etiam de singularibus præter Deum, de his agit, inquit D. Thom. hæc quæst. 1. art. 2. ad 2. non quia de his principaliter tractetur, sed inveniuntur, tum in exemplum viæ, sicut in scientiis moralibus; tum etiam ad declarandam admodum veritatem, per quæ ad nos revelata divina precessit, super quam fundatur Sacra Scriptura, seu doctrina.

II. Dubium ergo procedit de Theologia ex parte subjecti, seu prout est in tali, vel tali subiecto, an vere possidet conditionem, & naturam scientiæ. Potest autem Theologia reperiri in duplici subiecto; vel in Beato, sive Angelo, sive Homine; vel in Viatore. Et quidem Theologiam prout in Beato esse scientiam, extra controversum esse debet, quia Beatus est principis clare, & certo visis in verbo, (quæ nos viatores credimus) alia necessario concludit; quare pacto tum conclusiones, tum earum principia sunt certo, & evidentia cognita. Quæstio tunc reducitur ad Theologiam, prout in nobis viatoribus est: Cum illi deficiat actualis evidentia, seu cognitio evidens principiorum, quæ, cum sint articuli fidei, a nobis non videntur, sed fide divina creduntur. Fides autem, cum sit argumentum non apparentium, est de non visis.

III. Scotus, quem refert, & sequitur Frassen dist. 1. præm. art. 2. quæst. 2. negat, Theologiam Viatorum esse vere, & proprie scientiam, eo quod deficiat illi actualis evidentia, tum principiorum, tum conclusionum; quæ dicit esse conditionem necessariam ad substantiam scientiæ. Thomistæ vero cum D. Thom. hæc quæst. 1. art. 2. & in 1. sent. ad Aristibald. censent, Theologiam Viatorum esse proprie quoad substantiam, esto non habeat omnem perfectionem accidentalem, quam petit habere. Supponunt enim quod, sicut homo, dum est adhuc puer, est quidem vere ac substantiatur homo, sed nondum pervenit ad statum perfectum, in quo erit, dum fiet adultus: ita Theologia, dum est in Viatore, qui nondum videt, sed solum credit, existit vere, & substantiatur scientia; nondum tamen habeat statum perfectum scientiæ, quem habebit, dum erit in Beato. His adheret Henno, est Scotus dist. præm. quæst. 2. conclus. 2.

S. II.

Conclusio.

DE Theologia in Viatore est vere, & substantiatur: ver scientia; licet non habeat statum perfectum, quem habet in Beato. Prima pars probatur primo ex D. Thom. quæst. lib. 1. de Trin. cap. 1. ubi postquam dicit, Theologia fidei saluberrimum, quod ad veram beatitudinem ducit, signi, nutriendi, defendendi, roborandi, subdit: quia scientia non tollens fidei plurimum, quoniam tollunt ipsa sua plurimum. Hinc Jeronim. 3. v. 17. appellatur scientia his verbis: Deo vobis Professores juxta cor meum, & passus que scientia, & doctrina, sapient, 10. v. 10. Dedit illi scientiam Sanctorum. Et 2. Petri 1. v. 5. Ministrate in fide vestra virtutem, in virtute autem scientiam.

V. Accedunt & rationes. Prima, nam Theologia, ut in Viatore, est vere & proprie virtus intellectualis, quia facit cum firmiter adherere vero: cum ergo, ut vidimus, nec sit intelligentia, neque prudentia, neque ars, si non est scientia, aut sapientia, qui erit? Dicere enim esse habitum quemdam inopinatum, medium inter scientiam, & fidem, ut (teste Gonet) dicunt Valentia, & Vasquez, quo fundamentum asseritur?

VI. Secunda. Cum scientia sit cognitio rei per causam, & quoniam illius est causa; ut aliquis sit vere sciens, debet certo cognoscere causam, certo cognoscere effectum: & certo cognoscere, illam esse causam talis effectus, seu effectum illum procedere a tali causa; sed Viator Theologus habet summam certitudinem de causis, nempe veritatibus revelatis, quæ credit fide divina, habet summam certitudinem de conclusionibus, quæ ex illis deducit: sic etiam certo, immo evidentia, illas conclusiones ex illis principiis deduci certo, & evidentia; unde esto non habeat evidentiam consequentis, neque antecedentis, habet tamen evidentiam consequentis, ergo Theologus Viator certo cognoscit rem per causam: ergo est vere sciens.

Totum hoc confirmo hoc ratiocinio: Ad scientiam proprie dictam tria requiruntur. 1. Ut per illam homo habeat certitudinem de veritate principiorum. 2. De veritate conclusionum. 3. Quod habeat evidentiam consequentis, seu connexionis, quam conclusiones habent cum suis principiis: Atqui hæc tria præstat Theologia Viatoribus; ergo in his est vera scientia.

Si dices, requiri ad veram scientiam etiam evidentiam principiorum? VII. Contra est: 1. Esto scientia subalternans debeat procedere ex principiis a se evidentia notis, scientia tamen subalternata procedit ex principiis evidentia manifestatis in scientia superiori, a qua ea accipit, & cui credit; sed Theologia est scientia aliquomodo subalternata scientiæ Dei, & Beatorum; ergo non requiritur, ut habeat evidentiam suorum principiorum, sed sufficit, ut illa credat, & supponat evidentia cognita a scientiæ Dei, & Beatorum. Hac ratione utitur S. Thom. hæc 1. part. quæst. 1. art. 2.

VIII. Contra 2. In scientiis mere humanis ideo requiritur evidentia principiorum, quia oportet scientem esse certum, ac profusus immutabilem, quemadmodum dicitur lib. 1. post. cap. 2. in ejusmodi autem scientiis talis certitudo immobilis haberi non potest, nisi principia evidentia cognoscantur; neque hoc suppleri potest per testimonium asserens, ea esse evidentia cognita in scientia superiori, qui hoc testimonium, utpote humanum, fallibile est: sed Theologus absque evidentia habere potest certitudinem immobilem suorum principiorum per testimonium divinum, quod ipsa evidentia certus est, cum, nec fallere possit, nec falli; ergo Theologia etiam in eo, in quo desit evidentia principiorum, habet quiddam requiritur ad characterem, & substantiam scientiæ.

Confirmo hoc ex Philosopho supradicto, ubi significat, sufficere ad scientiam, quod principia ejus tenemus scientia, vel meliori habiti: atqui Theologus viator esto non tenet principia Theologiæ per scientiam, quia non habet de illis evidentiam, ea tamen tenet meliori habitu, quia ea tenet per fidem divinam, quæ est melior ac certior habitus, quam intellectus principiorum, & per illam firmus magis immobilis in cognitione, quam per illum, & per quemcumque evidentiam naturalem, ut patet 2. 2. quæst. 4. art. 8. ergo potest illis fide cognitis deducere conclusionem scientiam: sicut enim certitudinem in aliis scientiis generat evidentia, ita in hac eadem, immo & majorem, causat auctoritas divina. Evidentia igitur defecit, qui in Theologia nostra reperitur. Deus nobis compensat majorem certitudinem, quæ est in principis, & conclusionibus Theologiæ propriis. Secunda vero pars nostri asserti constat. Nemo enim est, qui ambigat, quin Theologia perfectiorem statum habeat in eo subiecto, in quo cum certitudine conjunctam habeat evidentiam suorum principiorum, & conclusionum, quam in eo, in quo habet certitudinem sine evidentia; atqui in Viatore habet certitudinem sine evidentia, in Beato autem certitudinem habet, & evidentiam; ergo in Viatore est Theologia in statu minus perfecto, quam in Beato. Videri potest de hac quæst. Gonet dist. præm. art. 1. Juvenin. Insuper. Theolog. prætorantur. dist. 3. quæst. 1. cap. 1. Bancel. quæst. 2. art. 3. Contenton. dist. 1. cap. 2. Spicularius 2. Sylvius ad quæst. 1. D. Thom. art. 2.

S. III.

Objectiones contrariæ.

IX. Objiciunt 1. D. Thom. in 3. dist. 33. quæst. 1. art. 2. quæstionum. 4. dicentem, si autem esset aliqua scientia, quæ non posset reduci ad principia naturaliter cognita, non esset ejusdem speciei cum aliis scientiis, neque univoce scientia diceretur. Sed Theologia non resolvit suas conclusiones in principia naturaliter cognita; ut dictum est; ergo non est propria, & univoce scientia.

Respondetur, explicando ultima verba D. Thomæ, neque univoce scientia diceretur per excessum super alias scientias, conc. per defectum a vera ratione scientiæ, nego majorem. Et concessit minori nego consequentem. Eodem enim modo loquitur D. Thomas ibi de scientia supernaturali comparate ad scientias naturales, sicut de virtutibus infusis, de quibus ibi agit, comparate ad virtutes acquisitas; sic ergo virtutes infuse vere virtutes sunt, licet non convenient univoce, id est in eadem ratione cum virtutibus acquisitis, quia excellentioribus istis sunt; & ita scientia supernaturalis erit vera scientia, licet non convenient in eadem ratione, sed alio modo procedat, quam scientiæ mere naturales. Quod autem hæc sit mens S. Doctoris indicant verba ejus sequentia, addit enim: Unde cum sine virtutum infusarum non præstentur in seminariis naturalibus virtutum, sed naturam humanam excedant; oportet, quod virtutes infusæ, a virtutibus acquisitis, quæ ab illis seminariis præcedunt, differant specie. Hinc ergo sequitur solum, Theologiam esse altiore, & digniorem aliis scientiis naturalibus, quod offendit S. D. hæc 1. part. quæst. 1. art. 5. cum propter certitudinem, quia alia scientia certitudinem habet ex naturali lumine rationis humanae, quæ potest errare, hæc autem certitudinem habet ex lumine divina scientiæ, quæ decipi non potest. Tum propter dignitatem materiæ quia est principiatior de hiis, quæ sua altitudine rationem transcendunt.

X. Objicit 2. habitus, qui de suo subiecto non potest facere veras demonstrationes a priori, non est vere scientificus; sed Theologia de suo subiecto, quod est Deus, non potest facere veras demonstrationes a priori, ut enim docent D. Thom. 1. contra 3. cap. 25. sicut Deus desinit non potest, Gotti Theol. Tom. I.

quia omnis definitio est ex genere, & differentia, ita non potest demonstratio de ipso fieri, nisi per effectum, quia principium demonstrationis est definitio ipsiusdem, de quo fit demonstratio. Quod repetit hæc 1. part. quæst. 3. art. 5. in corpore.

Respondet, distinguendo min. de suo obiecto, quod est Deus, adequate sumpto, conc. min. inadequate sumpto, subdistinguo: demonstrationem per verum, & reale medium, conc. minorem; per medium virtuale nego min. De Deo igitur adequate sumpto non potest fieri demonstratio a priori, sed solum per effectum, quia, ut ait Div. Thom. 1. part. quæst. 3. art. 5. in argumento, sed contra, nihil est prius Deo, nec secundum rem, nec secundum intellectum. Cognito tamen Deo per effectum, nihil prohibet, quin concipientes ipsum inadequate, concipientes in ipso naturam, & essentiam, ut priorem virtualiter attribuitis, unum attributum, ut virtualiter prius alio, & sic possimus assumere naturam Dei, non ut verum medium, sed ut rationem a priori ad demonstranda de Deo attributa, & unum attributum de alio, & tales sunt demonstrationes Theologicae. Ad hoc argumentum probare, neque Theologiam Beatorum fore scientiam; immo nec Deum habere scientiam de seipso.

XI. Objiciunt 3. Frassen, aliique. Perfecta demonstratio debet fieri nedum ex certa, sed evidenti cognitione principiorum; sed Theologus caret evidentia principiorum, ex quibus suas conclusiones deducit; ergo non facit perfectas demonstrationes; ergo non est perfectus sciens. Urgent 1. Nullus, nisi solidus, aut protervus dissentire potest propositioni perfecte demonstratæ: sed conclusioibus Theologicis plures dissentiant; ut constat de hæreticis, & infidelibus, qui ridet omnes rationes Theologicas, quibus Mystera Fidei frudere nitimur; Ergo signum est, eas non esse perfecte demonstratas.

XII. Urgent 2. Nulla adhesio voluntaria est scientiæ, scientia enim necessitat intellectum ad assentiendum, ut Logici docent, sed Theologus voluntarie suspendit assensum suum, tam circa principia credita, seu articulos fidei (credere enim est in perstate nostra, inquit, Augustin. lib. de Spiritu, & littera cap. 31.) quam circa conclusionem ipsam; ergo talis assensus non est scientificus.

XIII. Urgent 3. Ille non est perfectus sciens, qui assentitur conclusioni magis propter auctoritatem, & veracitatem revelantis, quam propter legitimam illationem conclusionis ex præmissis: sed Theologus experitur, se magis assentiri conclusionibus: sed infallibilem auctoritatem Dei dicentis, quam ob legitimam illationem ex præmissis; ergo &c. Minor probatur, Theologus firmus & tenax adhæret conclusioni Theologiæ, quam cuilibet conclusioni Philosophicæ, sed hoc non est ob perfectiorem illationem syllogisticam, quæ in utraque est æqualis: ergo est, quia firmius innititur auctoritati Dei revelantis præmissa conclusionis Theologiæ, quam luminari naturali manifestanti principia conclusionis Philosophicæ; ergo magis assentitur ob auctoritatem, quam ob illationem.

XIV. Urgent 4. Notitia Theologica caret perfecto & præcipuo charactere scientiæ, nimirum evidentia; definitur enim, quod sit cognitio certa & evidens; quia sicut per certitudinem distinguitur ab opinione, sic per evidentiam essentialiter distrepat a Fide, tum divina, tum humana. Immo certitudo nascitur ex evidentia; ideo enim intellectus conclusioni firmum assensum præbet, quia conspicit, amque evidentior deducit ex principiis evidentibus, cum evidentia conclusionis oriatur ex evidentia principiorum, sicut effectus a sua causa; ergo notitia Theologica caret &c.

XV. Respondetur ad hæc omnia, quæ sunt præcipuum Frassen, & aliorum fundamentum, dist. major. perfecta demonstratio, perfectione, tum essentiali, tum accidentali, debet fieri &c. conc. major. Perfecta &c. perfectione pure essentiali: iterum distinguo: si sit demonstratio pure Philosophicæ, transeat maj. si sit demonstratio Theologica, neg. maj. Dato ergo, quod ad essentiam demonstrationis pure Philosophicæ requiratur evidentia principiorum, quia sine evidentia eorum non potest intellectus firmiter certificare de illis, ut dictum est: in demonstratione tamen Theologica, evidentia requiritur quidem ad ejus accidentalem perfectionem, qualem habebit in beatis, non tamen ad ejus essentiam, quia auctoritas Dei revelantis illa principia facit, ut intellectus illis firmiter, immo firmius assentiat, quam si illa videret: quia, ut supra dicebam cum D. Thom. 1. part. quæst. 1. art. 5. in corpore lumen rationis humane potest errare, lumen vero Divine Scientiæ decipi non potest. Quod repetit art. 8. ad 2.

XVI. Ad id, quod primo urget, distinguo maj. nullus qui assentitur præmissis, & cognoscit connexionem earum cum conclusione, dissentire potest &c. conc. maj. nullus, qui, vel non assentiat præmissis, vel non penetret connexionem earum cum conclusione, dissentire potest; nego maj. & similiter ad min. Quod enim infidelis, aut hæreticus recitat rationes Theologicas, hoc ideo est, vel quia non videt assentiri præmissæ, ut a Dao revelatæ, vel quia non cognoscit connexionem ejus cum conclusione. Cæterum qui assensum præstat præmissæ, & connexionem illius cum conclusione penetrat, conclusioni dissentire nequit. Nihil autem prohibet (ait D. Thom. art. 5. ad primum) id quod est certius secundum naturam, esse quoad nos minus certum debitario intellectus nostri. . . Unde dubitatio, quæ accidit in aliquibus circa articulos Fidei, non est propter incertitudinem rei, sed propter debilitatem intellectus humani.

XVII. Ad id, quod urget secundo, nego min. quod secundam partem. Licet enim assensus præmissis fit voluntarius, supposito tamen, quod Theologus dederit assensum præmissis,



missis, & evidenter cognoscit, conclusionem ex illis premis...

XVIII. Ad id, quod tertio arguit. Dico primo, hanc instantiam...

XIX. Respondet ergo distinguendo maj. Propter auctoritatem...

XX. Ad id, quod quarto arguit, nego maj. si loquatur de characteribus...

XXI. Ad id, quod quinto arguit, nego maj. si loquatur de characteribus...

XXII. Ex dictis infero, quod est in multorum opinione scientia...

Infero 2. quod licet fides, & scientia non possit de eadem...

& evidens est, non tamen, quando scientia in subiecto, in quo est...

DUBIUM II.

An nostra Theologia subalternetur scientia Dei, & Beatorum, & an maneat in Patria.

S. I.

Resolvitur primum Dubium.

Occasionem huic dubio dat D. Thomas in hoc articulo 2. cum enim docet...

I. Dico. Si loquamur de subalternatione scientiarum, quemadmodum loquuntur Philosophi...

II. Si vero loquamur de subalternatione non secundum rigorem philosophicum...

S. II.

Resolvitur secundum partem.

III. Dico. Theologia hic acquisita manebit in Patria, est enim assertio...

IV. Probatur vero sic. Theologia nostra comparatur ad scientiam Beatorum...

Confutatio. S. Hieronymus episcopus ad Paulinum, adhortans eum

eam ad studium Sacrae Scripturae: dicimus (inquit) in terra, quorum nobis scientia...

S. III.

Argumenta contraria.

V. Objicit 1. Praesens cum aliis. Paulus 1. ad Cor. cap. 13. vers. 8. cum dixisset...

VI. Contra arguit. Hujusmodi expolitio menti Apostoli contraria est...

VII. Respondetur tamen, datam expositionem esse conformem menti Apostoli...

VIII. Neque officit secunda instantia. Nego enim absolute min. Propetia enim...

IX. Neque officit, quod tertio arguit. Ex laudatis enim Apostoli verbis...

X. Sed dices: stante hac expositione, jam non subsistet discrimen...

XI. Respondetur, discrimen inter charitatem, & Theologiam adhuc subsistere...

XII. Objiciunt 2. Fides, quae est habitus principiorum Theologiae non manet in patria...

vel non excidet & destruetur scientia; ergo non subsistet discrimen &c.

XIII. Confirmatur. Theologia nostra secundum se est invidens: talis enim est secundum se...

XIV. Respondetur conc. anteced. nego consequentiam, ad cuius probationem nego supponitur...

XV. Ad conf. nego antecedens. Quod enim Theologia nostra sit invidens...

XVI. Objiciunt 3. Theologia Beatorum est habitus per se infusus, nostra autem est habitus per se acquisitus...

XVII. Ex his colligitur, in Beatis esse triplicem scientiam. Prima est intrinseca supernaturalis...

XVIII. Ex his colligitur, in Beatis esse triplicem scientiam. Prima est intrinseca supernaturalis...



Ipsa beatifica visione, & hæc scientia est formaliter discursiva, & entitative naturalis, sicut dicemus statim de nostra Theologia. Tertia est scientia pure naturalis, quam Beati habent de rebus naturalibus per principia lumine naturali nota, eademque, quam habuerunt in via, quæque remanet etiam in demonibus. Quare Theologia, alique scientiæ hic comparate remanebunt non solum ad ornatum in Patria, sed ad exercitium, licet alio, & perfectiori cognitionis modo; quia non amplius per conversionem ad phantasmata, sed per conversionem ad species intelligibiles immediate se exercent, ut dictum est.

D U R I U M III.

An nostra Theologia sit entitative supernaturalis.

§. I.

Quædam notantur.

I. Supernaturale est illud, quod est supra naturam creatam, & creabilem, illiusque vires excedit, quod dupliciter contingere potest. Vel solum quoad modum, qualiter supernaturalis dicitur refuscitatio mortui, aut visus restitutus caeco: vita enim restituta mortuo, aut visus restitutus caeco in se, & entitative res naturalis est, utpote ejusdem speciei cum vita, & visu aliorum hominum; quia modus talis restitutus excedit vires totius naturæ, & a solo agente supra totam naturam haberi potest, dicitur supernaturalis quoad modum. Vel potest esse supernaturale etiam intrinsece, & quoad entitatem, ut sunt Mysteria Trinitatis, Incarnationis, visio beata &c. quæ quoad entitatem, & speciem suam excedunt totam naturam, ejusque vires, immo & existentiam, cum sint profus in ordine superiori, & ideo quærimus, an habitus, & actus Theologiæ nostræ sit hoc modo supernaturalis, & quidem formaliter, & intrinsece.

Quod enim Theologia nostra sit supernaturalis, radicaliter, & remote, seu originative, quia nimirum radicitur in fide supernaturali, & divina, & ex ipsa originem ducit, tanquam scientia conclusionum ex habitu principiorum: quod etiam sit supernaturalis extrinsece, & objective, quia respicit objectum supernaturale, nempe Deum, in controversiam non vocamus.

Hæc in re non una est Theologorum, etiam Thomistarum, sententia: licet enim major pars istorum sentiat, Theologiam esse habitum entitative naturalem, cui adhaerent Scotista; alii qui tamen, inter quos Contenton differt, 1. cap. 2. specul. 3. & alii, sentiunt, esse entitative supernaturalem. Majori ergo parti subscribitur.

§. II.

Conclusio.

II. Dico. Theologia nostra sumpta, sive quoad habitum, sive quoad actum, est entitative naturalis. Et probetur 1. Iudicium de naturalitate, aut supernaturalitate alicujus rei formari debet, non ex causa radicali, & remota, sed ex causa immediata, & proxima: sed licet causa radicalis, & remota habitus, & assensus Theologici sit supernaturalis, nempe lumen fidei revelans, & principia revelata; causa tamen immediata, & proxima, & ratio formalis, sub qua Theologia procedit, est naturalis: ergo Theologiæ habitus, & assensus Theologicus est entitative naturalis. Major probatur. Quia effectus speciem suam a causa proxima immediate influente, non autem a causa remota: quare licet actus fidei, & charitatis procedant remote ab intellectu, & voluntate, quæ potentie naturales sunt, quia tamen habitus fidei, & charitatis, a quibus proxime, & immediate, procedunt, sunt supernaturales, hinc actus fidei, & charitatis sunt supernaturales. Et licet cause universales, puta sol, æqualiter in omnes effectus influant, quia tamen cause proximæ, & immediate, diversæ sunt, ideo effectus diversi sunt: & iste effectus est in specie hominis, quia causa proxima est homo: ille in specie equi, quia causa proxima est equus, licet in utrumque eadem causa universalis remote concurrat. Et ratio est, quia causa proxima, & immediata determinat, & modificat, & trahit ad hæc potius speciem, quam ad aliam concurrunt cause remote.

Minor autem probatur. Est causa remota, & radicalis assensus Theologica conclusioni sunt veritate, immediate revelata, quæ (ex dictis) sunt principia nostræ Theologiæ, causa tamen proxima, & immediata, immo & specificativa talis assensus, ut distinguitur ab assensu fidei est, et parte objecti, connexio necessaria principiorum cum conclusione, & ex parte intellectus, ratiocinium, quo, stante tali connexione, indurritur a principis ad conclusionem, eamque inferretur ex principis: scientia enim, ut distincta a lumine principiorum, definitur, quod sit habitus per demonstrationem acquisitus: sed supposita fide connexio illa præmissarum conclusione naturali lumine cognoscibilis est, ratiocinium etiam illud naturale est: ergo causa immediata, & proxima assensus Theologici naturalis entitative est. Minor explicatur, & simul probatur. Si alicui Gentili Philosopho fiat hæc demonstratio Theologica: omni suppositum habens duas naturas habet duas voluntates; sed Christus est suppositum habens duas naturas; ergo Christus habet duas voluntates; Ille Philosophus statim dicet. Ego non existimo præmissis hujus argumenti esse veras, quia fidem non adhibeo religioni vestræ: sed tamen supposita semel præmissarum veritate, ego per meam Philosophiam optime cognosco, quod ex talibus præmissis sequitur evidenter

præfata conclusio. Quodnam quæso clarius signum dari potest, quod connexio præmissarum, & conclusioem Theologiæ, quamvis supernaturalem, sit naturalis, & naturalis lumine cognoscibilis? Insuper. Si ratiocinium, quo Theologus discit, esset supernaturale, & a fide immediate ille melius theologizaret, qui fortiores haberet habitus fidei, non vero qui habet perfectiorem vim naturalem intellectivam; quia habitus supernaturales sunt tota ratio agendi (ut docent nostri in tractatu de visione) & actus supernaturales unicè correspondent intentioni luminis supernaturalis, non vero naturalis virtutis, & perspicacitatis, sed oppositum contingit: non enim ille est melior Theologus, qui magis credit: cum sæpe viri, & mulieres idiota firmius credant, qui tamen theologizare nesciunt; ergo principium, & causa immediata assensus conclusioni Theologiæ non est fides, aut aliquid supernaturale principium, sed ratio, & perspicacitas naturalis.

III. Hæc ratione ita expensa præcluditur communis adversariorum responso, nimirum discursum, & ratiocinium naturale concurrere ad assensum Theologicum, non per modum applicatio ignis concurrat ad comburendum.

Præcluditur inquam. Nam si assensus Theologicus commentatur, non luminis fidei, sed vice ratiocinio, perspicacitati intellectus, hæc non erit pura conditio, sed causa immediata illius, alias dicere possemus, habitus supernaturales esse puras conditiones, non rationes formales totales agendi.

Quod magis urgeo primo. Inter conditionem, & rationem formalem, hæc addest discrimen, quod sine ratione formalis nec esse potest, nec concipi, sine conditione tamen res non potest quidem esse saltem naturaliter, sine ea tamen concipi potest, quod in exemplo allato patet. Quia enim ratio formalis calefaciendi est calor, nec esse, nec concipi potest ignis calefaciens, quin concipiatur calidus. Quia vero approximatio ignis ad lignum est solum conditio sine qua non, esto naturaliter non possit ignis calefacere, nisi sit approximatus ligno, possum tamen concipere ignem calefacientem, nihil cogitans de approximatione. Atqui scientia Theologica naturalis concipi potest, non concepto ratiocinio, & discursu a principis ad conclusiones; quia ablato discursu, vel formalis, vel virtualis scientia amplius non est, ergo discursus non est pura conditio &c.

Urgeo secundo. Eadem est ratio formalis constitutiva, æ essentialiter distinctiva scientiæ ab habitu, qui non est scientiæ: quare definitur, quod sit per demonstrationem acquisita; ergo ratio discursiva est ratio constitutiva scientiæ &c. & per rationem discursivam scientia distinguitur ab opinione, quod scientia sit discursiva ex necessitate, opinio vero ex probabilibus.

IV. Probatur secundo hæc ratio. Ille habitus non est intrinsece supernaturalis, qui nostris actibus, & studiis acquiritur; sed habitus Theologicus nostris actibus, & studiis acquiritur; ergo non est &c. Maj. probatur: tum quia actus, & studia nostra sunt exercitia ordinis pure naturalis, effectus autem non potest excedere (presertim ordine) causam suam proximam. Tum etiam, ideo enim virtutes Theologiæ, aliaque dona nostris actibus, & studiis comparari non possunt, quia supernaturales intrinsece sunt. Minor probatur, tum ex D. Thom. in protog. 1. sent. quæst. unica art. 3. quæstion. 2. ubi sic ait: sicut habitus principiorum principiorum non acquiritur per alias scientias, sed habetur a natura; sic habitus conclusionum ex primis principis deducitur; ita etiam in hac doctrina non acquiritur habitus fidei, qui est quæsi habitus principiorum; sed acquiritur habitus eorum, quæ ex eis deducuntur. Tum experientia, quia constat, modum comparandæ Theologiæ, non esse devotionem, & orationem, quia homines solent se preparare ad assensuum habitus supernaturales, sed opus esse summo studio, & assidua exercitatione, & scientiarum etiam naturalium, maxime Philosophiæ subsidio, ut quis evedat perit Theologus; eos autem, qui orationi tantum indulgent, & hujusmodi studia, & exercitia contemnunt, etiam rebus Theologicis vacuos, & inanes, saltem via ordinaria, experimur.

V. Huic discursu variâ dicunt contrarii. Dicit primo Contenton, Theologiam, est nostris actibus partam, esse tamen in se supernaturalem, quia partam assensus supernaturalibus articularum fidei; cum enim non assensuum conclusioni, nisi propter præmissas, quando assensus præmissarum est supernaturalis, assensus conclusionis supernaturalis esse debet. Inter Theologiam autem, & virtutes per se infusas duplicem statuit differentiam: prima est, quia virtutes per se infusæ efficiunt a gratia sanctificante, ut proprietates ejus: unde sicut gratia nequit produci nostris actibus, ita nec ejus proprietates, quæ pectunt fieri eadem actione, quæ fit essentia, cuius sunt passiones. Secunda differentia est, quod virtutes per se infusæ dant simpliciter posse in ordine supernaturali, sicut potentia in ordine naturali; unde sicut potentia nostris actibus non acquiritur, sed effluit ab anima, ita virtutes effluent a gratia. Theologia autem cum supponat fidem dantem simpliciter posse, non dat nisi prompte, & facilliter operari; ideoque nostris actibus poterit acquiri.

VI. Sed contra. Theologia, sicut & quælibet scientia, non partitur per assensum præmissarum secundum se; sed per assensum præmissarum ad inferentiam, seu potius, per assensum conclusioni; ut illatæ ex præmissis, cum scientia fit discursiva; sed licet assensus præmissarum Theologiæ absolute sit supernaturalis, assensus tamen conclusioni, ut deducitur, cum fiat humano ratiocinio, intrinsece supernaturalis non est; ergo firmum fiat argumentum allatum, nimirum, quod per actus mere naturales acquiri nequit habitus supernaturalis.

VII. Con-

VII. Contra id, quod dicit de duplici differentia inter Theologiam, & virtutes per se infusas, incho primo fit. Dato quod responso hæc valeat de virtutibus Theologicis, quando producantur simul cum gratia, ut in fidei, qui justificatur, non tamen, quando producantur separatim a gratia, ut in fidei nondum justificato. Quare sic arguitur, sicut Theologia, ita & fides, & spes possunt produci separatim a gratia, & tamen dum ita producantur, non possunt acquiri nostris actibus, non alia de causa, nisi quia sunt supernaturales; ergo si Theologia simpliciter supernaturalis esset, non posset acquiri nostris actibus. Neque subsistit secunda differentia. Nam contra eam sic insurgit. Virtutes per se infusæ dant simpliciter posse, quia, cum sint supernaturales entitative, nullum posse supponunt in natura; ergo si Theologia erit entitative supernaturalis, nullum posse supponet in natura, & sic dabit simpliciter posse. Neque valet quod Theologia supponat fidem. Item fides dat quidem posse credere revelata a Deo, non tamen posse ex revelatis credere ad conclusiones; ad hoc enim ponitur Theologia, ad habitus distinctos. Ergo si hoc etiam est supernaturale, ad hoc Theologia dabit simpliciter posse, sicut virtutes morales per se infusæ, licet supponant charitatem, quia tamen entitative supernaturales sunt, dant simpliciter posse, nec possunt nostris actibus acquiri.

VIII. Dicunt secundo alii, habitum Theologicum non esse acquisitum studio, & labore, sed revera infusum, qui entitative supernaturalem; requirere tamen studium, & discursum naturalem, non tanquam causam sui productivam, sed tanquam conditionem, sine qua non infunderetur Theologia, & tanquam dispositionem preparantem subjectum ad infusionem, & receptionem illius: sicut a simili voluntas preparatur per varios actus ad infusionem, & susceptionem gratiæ sanctificantis, quæ preparatio non impedit, quin sit entitative supernaturalis.

IX. Sed contra. Nam primo dicere Theologiam esse habitum non acquisitum, sed per se infusum, est manifeste contradicere Divo Thomæ, qui loco supra relato expresse dicit, quod licet habitus fidei non acquiratur, acquiritur tamen doctrina, quæ ex principis fidei infertur. Secundo, quia discursum naturalem non esse puram conditionem, sed causam immediatam Theologiæ, & assensus Theologici, jam supra probatum est. Tertio, si actus nostris requirentur, ut dispositiones, & præparaciones ad infusionem Theologiæ, vel requirentur, ut dispositiones positive, & moventes Deum ad illam infundendam, vel ut dispositiones negative removentes a subjecto ea, quæ huic infusioni forent contraria. Sed neutrum dici potest. Non quidem primum, tum quia dispositiones debent esse ejusdem ordinis, cum forma, ad quam disponunt. Unde Theologi contra Semipelagianos docent, neminem posse per vires naturæ se disponere proxime ad receptionem primæ gratiæ vocationis ad fidem; ergo per studium, & exercitia naturalia non possit homo se disponere ad infusionem Theologiæ, si ista habitus supernaturalis esset: quare dispositiones, quibus voluntas preparatur ad gratiam intrinsece, supernaturales sunt, utpote a Spiritu Sancto movente cor, licet nondum inhabitante; ut ait Tridentinum sess. 24. cap. 1. Tum etiam, quia certum est, Deum ad hanc infusionem magis moveri, & efficacius per orationes, jejunia, & elemosinas &c. quam per studium, & laborem, illa enim pietatis opera sunt illi acceptiora, quam quodlibet studium; & tamen qui his pietatis operibus magis incumbunt, non propterea sunt perfectiores Theologi. Tum denique, si tales exercitationes Deum moverent ad infusionem habitus Theologici, id esset maxime ab aliquo pactum, & promissionem, sicut in Sacramentis: sed nullum simile pactum legitur in Scriptura; immo quoties proponitur scientiæ comparanda, toties indicitur labor subeundus; etenim qui addit scientiam, addit & laborem, inquit Ecclesiastes cap. 1. vers. 18. Non etiam secundum, quia si nulla dispositio naturalis requiratur ad infusionem exercitiorum habitum supernaturalem, cur requirentur ad infusionem habitus Theologici, cum de hoc nullum sit pactum, nulla lex, nulla promissio?

§. III.

Argumenta contraria solvantur.

X. Objicitur primo, promissionem haberi tum ex epist. Jacobi cap. 1. vers. 5. Si quis indiget sapientia, postulet a Deo, qui dat omnibus effluenter, & non improbat, & dicitur ei. Et Ecclesiasticus v. vers. 10. Deus sapientiam effundit super omnia opera sua, & super omnem carnem secundum datum suum, & præbuit illam diligentibus se: ergo Theologia, quæ est vera Sapientia, a Deo infunditur, & donatur.

Respondeo primo, si sapientia datur petentibus, & diligentibus, ut colligitur ex præfatis textibus; ergo infunditur intuitu orationis, & amoris, non studii, & laboris, ut adversarii volunt. Respondeo secundo, illis textibus non indicari sapientiam mentis, quæ traditur, & studio discitur, quæque ex revelatis conclusionibus deducit; sed sapientiam mentis, & cordis, quæ Spiritus Sancti donum est, quæ res caelestes nobis sapient per mysticam earum speculationem, & contemplationem: unde non sunt ad intentionem.

XI. Objicitur secundo. Theologia vocatur a D. Thoma sic art. 1. Scientia revelata, & divinitus inspirata & art. 3. ad 2. dicitur esse visus quædam impressio Divinae Scientiæ, quæ certè supernaturalis est. Ergo secundum D. Thomam Theologia est, & infusa, & supernaturalis.

Respondeo, D. Thom. solum velle, Theologiam esse radi-

caliter, seu virtualiter revelatam, quia fide nititur, quæ divinitus revelata, & inspirata nobis tradit. Dicitur etiam veluti quædam impressio Divinæ Scientiæ, virtualis quidem, non formalis: cum enim contineatur in fide tanquam in femine, & habitu militante est prima principia, & in easus conclusiones resolvat, quæ principia sunt locutionis divinæ, recte dici potest velut, idest virtualis Divinæ Scientiæ participatio.

XII. Objicitur tertio cum Contenton. Objectum Theologiæ est supernaturale, ratio etiam formalis sub qua illud contemplatur, est supernaturalis; ergo Theologia est habitus intrinsece supernaturalis. Anteced. probatur. Objectum Theologiæ est Deus, ut a fide cognoscitur, & consequ. ut supernaturalis. Ratio item formalis Theologiæ in hoc a lumine metaphysice distinguitur, quod illa agit quidem de Deo, sed lumine a rebus naturalibus accepto: Theologia de Deo tractat sub lumine divinæ revelationis; neque aliis principis, mediis, ac motibus per se utitur, quam articulis supernaturalibus fidei.

Respondeo, nego anteced. intellectum de objecto formali, & de ratione sub qua immediata, & proxima. Ad proband. objectum quidem Theologia esse Deum, at non Deum, ut revelant nobis mysteria, sed Deum, ut de ipso ex revelatis ratiocinio humano fieri possunt demonstrationes, quo pacto specificative est supernaturalis, non reductive. Item ratio formalis Theologiæ, seu lumen sub quo immediate procedit, non est ipsa formalis revelatio, alias non feceretur a fide; sed est revelatio solum virtualis, idest lumen, quod ex revelatis discit ad alia, quod est quidem radicaliter, & originative supernaturalis, non tamen formaliter, cum formaliter procedat humano ratiocinio. In quo distinguitur Theologia a Metaphysica: quia Metaphysica agit de Deo sub lumine, quod est naturale, & formaliter, & originative, idest agit de Deo, nedum humano, & naturali ratiocinio, sed etiam deducto ex principis mere naturalibus: At Theologia agit de Deo sub lumine, quod æquidem in se est naturale; at tamen radicaliter, & originative est supernaturale, idest agit quidem humano ratiocinio, sed fursato, & radicato in mediis, & principis fidei, quæ supernaturalia intrinsece sunt.

XIII. Instabis. Quod habet causam sui entitative supernaturalem est entitative supernaturale, nam effectus sequitur naturam suæ causæ; sed Theologia habet causam sui supernaturalem, nempe fidem, & veritates revelatas, quæ sunt principia Theologiæ, & supernaturalia sunt; ergo Theologia &c.

Respondeo dist. maj. Quod habet causam sui proximam supernaturalem est &c. conc. maj. causam sui remotam nego maj. & dist. pariter min. Causam remotam conc. min. causam proximam nego min. Causa enim proxima, & specificativa Theologiæ non est veritas revelata, sed connectio, quam res revelata habet cum alia veritate, & iudicium de tali connectione, quæ connexio, ac iudicium, estio radicaliter supernaturalia sunt, formaliter tamen sunt quid naturale. Nam illa connexio naturalis studio, & acuminè est cognoscibilis, & consequenter iudicium de tali connectione lumine naturali formaliter perficitur.

XIV. Pro hujus clariorè intelligentia sciendum, quod sicut in quacunque scientia naturali principia talis scientiæ possunt considerari dupliciter, vel entitative in seipsis, & sic non spectant ad scientiam nisi radicaliter, formaliter autem ad habitum principiorum pertinent. Vel ut illativa alterius veritatis, quam necessario inferunt, & sic formaliter specificant scientiam, & sunt lumen, sub quo scientia procedit. Sic in Theologia res revelata, quæ sunt ejus principia, possunt dupliciter inspicere. Vel ut revelata, & dicta a Deo, & sic formaliter pertinent ad fidem, ad Theologiam vero solum remote, & radicaliter. Vel ut tales veritates revelatae sunt connexæ, & illativæ alterius veritatis, & sic formaliter ad Theologiam pertinent, sunt ejus medium, ac motivum, ejus namque actio est ex revelatis ad alia discurrere. Quare circa principia duplicem possimus præstare assensum, unum circa ipsa in se, & secundum se spectata, quatenus sunt veritates immediate cognoscibiles, & principia naturalia; & hic assensus pertinet ad lumen principiorum: & hic veritates immediate revelatae sunt principia Theologiæ; & hic assensus pertinet ad fidem. Alio modo possimus assentiri principis, sive naturali lumine notis, sive revelatis, ut connexis, & illativis aliarum veritatum, & hoc proprie pertinet ad scientiam. Loquendo ergo de principis Theologiæ, prior assensus pertinet ad fidem est entitative supernaturalis, posterior vero pertinet ad Theologiam, entitative naturalis est, quamvis radicaliter supernaturalis. Quæ doctrina hæc in re præ oculis habenda est, quam tantum abest ut nullus Philosophus docuerit (quomodo patet Contenton) quin potius nullus sit Philosophus, qui eam non docuerit.

Quod si non datur duplex assensus circa conclusionem, unus circa eam secundum se, alius circa eam ut illatam, hoc ideo est, quia conclusio sive confideretur secundum se, sive ut illata, semper pertinet ad eundem habitum, nempe scientiam: præmissæ vero in se, & entitative sumptæ pertinent ad diversum habitum; nam entitative considerate in scientiis naturalibus pertinent ad lumen principiorum, in Theologia vero pertinent ad fidem: at ut illativæ, formaliter pertinent ad scientiam. Eito autem conclusiones tam entitative, quam ut illatæ pertinent ad eundem assensum scientiæ: non proinde inferat, quod, cum conclusio Theologica sit in se supernaturalis, supernaturalis etiam debeat esse assensus Theologicus. Nam licet idem assensus feratur in conclusionem entitative, & ut illatam, ita tamen feratur, ut entit-



tas sit ratio, que attingitur, & illatio passiva sit ratio sub qua; & cum hęc naturalis sit, inde est, quod attingit quidem conclusionem supernaturalē, sed sub ratione naturali cognoscibilis.

XV. Obijcies quarto. Ideo Theologia non effec supernaturalis, quia procedit circa principia quidem supernaturalia, sed medio discursu naturali: sed hoc non evincit; ergo &c. minor probatur primo, quia ille discursus est pura applicatio luminis principiorum ad illuminandas conclusiones, sicut applicatio caloris ignis ad comburendum: sicut ergo combusio non commensuratur applicationi, sed calori; ita assensus non correspondet discursui, sed luminis, quod cum supernaturalē sit, assensus erit supernaturalis. Secundo, scientia non significatur a discursu, sed a medio: atqui medium, quod assumitur in discursu Theologico, est supernaturalē; ergo &c. maj. probatur licet tam opinio, quam scientia procedant per discursum, quia tamen medium, quod in scientia assumitur, est diversum ab eo, quod assumitur in opinione, nempe, illud demonstrativum, istud tantum probabile; ideo provent diversus specie habitus, opinativus scilicet, & scientificus. Tercio probatur, & confirmatur ratio præcedens. Ab eo scientia sumit suam speciem, a quo sumit suam differentiam essentialē, nempe certitudinem, qua scientia distinguitur essentialiter ab opinione, & errore: sed certitudinem non accipit a discursu; sed a medio, seu principio, quod in Theologia est supernaturalē, quare Theologia dicitur certior omni scientia inere naturali: ergo &c.

XVI. Respondetur neg. min. ad primam probationem nego assumptum. Nam sicut discursus, seu ratiocinium, five formale, five virtuale, distinguit scientiam a lumine principiorum, ita discursus talis, vel talis, cum tali, vel tali illatione distinguit scientiam ab opinione, & errore.

XVII. Ad secundam probat. min. dist. maj. Sed a medio entitative sumpto, nego maj. a medio, ut conexo cum extrinsecis, concedo maj. licet autem medium in Theologia sit entitative supernaturalē, ut tamen conexum cum extrinsecis ad inferendam conclusionem, quo pacto significat Theologiam, formaliter naturale est: quia hęc conexio humano ratiocinio cognoscitur, & formatur. Neque hinc inferas, quod, cum discursus pertinet ad Logicam, solum sequitur, Logicam esse scientiam naturalem, non vero Theologiam, que discursu utitur; eo vel maxime, quod licet procedat, & assentiatur per discursum, non tamen assentiatur propter discursum, sed propter medium. Non inquam, nam in discursu duo consideranda sunt, nimirum forma discursus, & obiectum discursus, seu materia. Forma quidem discursus pertinet ad Logicam; sed obiectum, seu materia discursus, nimirum obiectiva conexio, que est inter principium, & conclusionem ad Theologiam pertinet. Concedo etiam, quod Theologia assentiatur propter medium ut conexum, sed medium ut conexum quid est aliud, nisi obiectum formale discursus; hinc scientia distinguitur ab opinione, quia illa assumit medium necessario conexum, ista tantum probabiliter.

XVIII. Ad tertiam dico, certitudinem Theologie esse quidem supernaturalē radicaliter, & resolute, non autem formaliter, & immediate: & sumi quidem a principio supernaturali, non quatenus respicit autorem supernaturalē, nempe Deum revelantem, sed quatenus comparatur ad intellectum, ex eo ad illa differentem, & in ipsa illa radicaliter sit supernaturalis, quia resolutio in principium in se supernaturalē, non tamen sit formaliter supernaturalis; quia supernaturalitas certitudinis non sumitur a principio remoto, & radicali, sed a principio immediato, & proximo; maior tamen omni certitudine cuiusvis alterius scientiæ, sicut minor certitudine fidei; quia certitudo fidei immediate fundatur in auctoritate Dei dicentis: at certitudo Theologie solummediate, & remote: Ubi aliarum scientiarum certitudo unice fundatur, & resolutio in principia solo lumine naturali certa.

XIX. Obijcies quinto. Theologia conveniunt doctes, que soli scientiæ supernaturali possunt convenire. Primo enim subalternatur fidei, & beatificæ visioni, que sunt supernaturalis: nihil autem naturale potest subalternari, & dicere ordinem ad aliquid supernaturalē; quare actus nostri naturales non possunt dicere ordinem positivum ad gratiam primam, quia hęc supernaturalis est: Cum supernaturalē definitur, quod sit supra naturam, & supra totum ordinem, & existentiam naturæ. Secundo, Theologia respicit Deum, ut autorem gratiæ, tanquam suum obiectum, qui supernaturalis maxime est.

XX. Resp. nego anteced. ad primam probat. dico, quod esto nihil naturale, & entitative, & radicaliter possit subalternari, & dicere ordinem ad aliquid supernaturalē, ut prout exemplum allatum; id tamen, quod in se quidem naturale est, supponit tamen necessario, & radicaliter in aliquo supernaturali, potest ad illud ordinem positivum dicere; ralem autem esse Theologiam diximus: ideoque qui per habitum supernaturalē fidei assentiatur est præmissis, potest per habitum Theologie, est entitative naturalis, ex illis deducere conclusiones, easque ad principia, est revelata, & supernaturalia resolvere; & sic cognitio naturalis, supposita fidei, potest percipere connexionem principii, est supernaturalis, cum alia veritate, hanque ex illo, lumine rationis deducere, & in illud resolvere; quia sicut veritas pure naturalis continetur in suo principio, ita supernaturalis in suo. Totus ergo labor est in cognoscendo principio supernaturali, quod fit per fidem: hoc autem posita, Theologia lumine rationis, ex illo discurre potest.

XLI. Ad secundam dico. Theologiam respicere Deum autorem gratiæ, non ut in se supernaturalis est, sed ut de ipso possint certæ, & necessariæ illationes aliarum veritatum fieri, & ex ipso ad illa discurre: quare respicit obiectum supernaturalē mediate, & specificative, non immediate, & reduplicative, ut hætenus dictum est. Oportuit in hac questione diutius immorari: quia etiam inter Thomistas controversa est, & quia multis aliis questionibus solvendis aperit viam.

D U B I U M IV.

An Theologia nostra sit speculative, an practica, an utrumque.

S. I.

Quædam præmittuntur.

I. Theologiam esse simpliciter practicam sentiant cum Scoti ejus discipuli, inter quos Frassen, disput. proem. art. 3. quæst. 1. Henricus disput. proem. quæst. 3. Div. Thomas vero hac quæst. 1. art. 4. vult, eam sub se comprehendere utrumque, scilicet, speculativam, & practicam, magis tamen speculativam esse, quam practicam, cui adherent omnes, qui ejus doctrinam proficiunt.

Primum statuat conclusio, observandum est, illum habitum dici speculativum, qui per se ordinatur ad veritatis considerationem, non referendo ipsam ad opus extra intellectum; illum vero practicum, qui ordinatur per se ad praxim, ita nimirum, ut operis faciendi extra intellectum, det regulas, & ad opus faciendum dirigat. Quare ut habitus quipiam sit practicus, non sufficit, quod ex parte scientiæ sequatur aliqua praxis, velut amor, delictatio, aut similes; sed requiritur, quod ipse per se ordinetur ad praxim, & versetur circa suum obiectum, cum ordine ad opus prescribens regulas ad illud agendum. Hinc Philosophus lib. 2. metaph. cap. 1. ait, speculative scientiæ finem esse veritatem, practicæ vero opus.

Observandum insuper, quod licet subinde soleat distingui praxis, seu actio ab effectu, quod actio maneat in agente, effectu autem in exteriori materia tractat, ut patet ex 1. 2. quæst. 57. art. 4. & 2. 2. quæst. 47. art. 5. Hęc distinctio hic locum non habet; sed praxis generaliter sumitur pro opere, five illud sit actio immanens, five actio transiens; unde practicum hic non distinguitur a factivo, sed a speculative.

S. II.

Conclusio.

II. Dico. Theologia nostra utrumque complectitur, & speculativam, & practicam, magis tamen speculativam est, quam practicam. Prima pars probat. ratio D. Thomæ. Theologia una existens se extendit ad ea, que pertinent ad diversas scientias philosophicas, prout sunt divino lumine manifestabilia; sed scientiæ philosophicæ, alie versantur circa speculabilia, alie circa operabilia: ergo licet in scientiis philosophicis, alia sit scientiæ speculativa, alia practica; Theologia tamen comprehendit sub se utrumque; & sicut Deus eadem scientia cognoscit se, & ea, que facit, ideoque scientia Dei practica simul est, & speculativa, ut D. Thom. 1. part. quæst. 14. art. 16. ita Theologia, que scientiæ Divinæ proximior est participatio, & veligium, erit practica simul, & speculativa.

III. Constatimur: in scientiis naturalibus Metaphysica est speculativa, quia primam veritatem contemplantur; Moralis est practica, quia de ultimo fine, mediisque ad ipsum ducentibus differit; ergo Theologia, que utrumque præstat (agit enim de Deo, ut est prima veritas, & etiam ut est ultimus finis, & ad eum dirigit) comprehendit utrumque, & speculativam, & practicam.

Urgetur magis hæc ratio. Obiectum Theologie, nempe Deus, est prima Veritas, & ultimus finis, supremum intelligibile, & summum bonum; ergo est simul obiectum speculationis, & regula indefectibilis humanorum actuum, qui a fine diriguntur: Atqui rationes, que sunt in obiecto formali respiciunt in habitu, qui circa ipsum versatur; ergo Theologia adunat utrumque rationem, & speculationis, & praxim.

IV. Hinc Theologia secundum aliquam partem perficit intellectum in ordine ad cognitionem veritatis, sine ullo ordine ad actionem: Cum enim considerat, quod Pater non sit Filius, quod Filius non sit Spiritus Sanctus, quod Spiritus Sanctus a Patre, Filioque procedat, quod Deus non ab æterno, sed initio temporis creavit Angelos, quodque hic sint immateriales, & alia hujusmodi, manifestum est, quod considerat veritates, que unice intellectum per se perficiunt ad contemplationem. Secundum vero aliam sui partem perficit intellectum, non pure ad cognitionem veritatis, sed ut ex cognitione veritatis dirigatur ad opus, ad quod regulas præferbit: Ut cum explicat naturam, efficaciam virtutum, bonorum operum, legum divinarum, & humanarum; quando tradit quomodo Sacramenta sint administranda, & suscipienda, quomodo peccata fugienda; quibus, alisque patet non intrinsece non solum, ut ea cognoscamus, sed ut per ea dirigamur ad nostrum ultimum finem. Facit ergo Theologia, & ea, que sunt scientiæ speculativæ, & ea, que sunt scientiæ practicæ.

V. Secunda vero Conclusio pars probatur ratione D. Thom. Theologia principaliter agit de rebus divinis, quam de actibus humanis, de quibus agit secundum quod per eos ordinatur homo ad perfectam Dei cognitionem, in qua æternam beatitudinem consistit. Atqui ex eodem D. Thom. in prolog. lib. 4. sentent. quæst. 3.

quæst. 3. Scientia omnis principaliter pensanda est ex fine, finis autem ultimus istius doctrine est contemplatio primæ veritatis in patria; ergo principaliter speculativa est.

S. III.

Obijctio solvuntur.

VI. Obijciunt primo Scotiæ contra primam partem, impossibile est, duas differentias oppositas divisionis alieius generis, vel eorum proprietates, simul uniri in eodem contento sub illo genere, & hæc ratione non possunt in eodem uniri corporeum, & incorporeum, rationale, & irrationale, hincibile, & nihibile; sed speculativum, & practicam sunt differentie essentialis dividentes genus scientiæ, aut saltem proprietates earum; ergo nonqueunt &c.

VII. Hinc argumento (in quo exultat Frassen) communis nostratum responso est, quod practicum, & speculativum licet videantur esse differentia essentialis, & licet fortassis ita sint in scientiis inferioribus, non sunt tamen tales in scientia superiori, quia ibi conveniunt in eadem ratione formalis. Quæ pertinet id, quod dicit S. Doctor hic art. 3. ad 2. & iterum hoc art. 4. nimirum, ea, que in diversis scientiis Philosophicis tractantur, posse considerari a Theologia sub una ratione. Sicut ergo visibile, & audibile sunt differentie dividentes obiectum sensibile, diversificantes sensus particulares, adunantur tamen in sensu communi; ita speculabile, & operabile, esto sint differentie essentialis respectu scientiarum inferiorum, non erunt tamen tales respectu scientiæ superioris, qualis est Theologia: sicut nec sunt respectu intellectus, nec respectu fidei. Quare in forma dist. min. sunt differentie essentialis dividentes genus scientiæ inferioris, conc. min. scientiæ ut sic, nego min. neque est idem de corporeo, & incorporeo, rationali, & irrationali, que sunt differentie substantiales ex suis rationibus formaliter oppositæ, non autem pure ratione limitationis subjecti, sicut sunt practicum, & speculativum, ideoque in nullo adunari possunt.

Quare absolute negari potest minor. Ille enim proprie sunt differentie essentialis, que suis rationibus formalibus ita opponuntur, ut una essentialiter præsupponat in subiecto privationem alterius, ut sunt visio, & fides. Non vero illæ, que solum sunt oppositæ relate ad subiectum, quod ratione sine limitatione eas non potest in se unire. Cum ergo practicum, & speculativum, non sint suis rationibus formalibus absolute incommensurabilia, cum uniantur tum in intellectu, tum in fide, sed solum ratione limitationis subjecti, nempe scientiæ particularis, que determinata est ad obiectum pure contemplabile, hinc est, quod si dicitur scientia, que respicit obiectum, nedum ut contemplabile, sed etiam ut acquiescibile, nedum ut verum, sed & ut bonum, qualis est Theologia, possit utrumque amplecti, sub diversa tamen ratione; non quod adequate, & tota sit speculativa, & tota practica, sed inæquate, id est sub una ratione sit speculativa, sub alia practica; sicut ejus obiectum sub una ratione est speculabile, & sub alia finis actionis.

VIII. Dices tamen primo. Est metaphysica considerat Deum, qui, sicut est summum verum, ita summum bonum; ideoque obiectum speculationis simul, & praxis; & tamen metaphysica non est simul speculativa, & practica.

IX. Dices secundo. Si Theologia esset simul speculativa, & practica, quilibet ejus actus esset speculativus, & practicus; sed hoc est falsum, nam Theologia elicit plures actus, qui per se mere speculationes sunt, ut cum probat, in divinis quæto esse relationes; ergo &c.

X. Respond. ad primam instantiam distinguo antec. considerat Deum sub ratione Deitatis, & non solum ut primam veritatem, sed etiam ut summum bonum. neg. antec. Sub ratione entis, & ut primam veritatem tantum conc. antec. Metaphysica nempe respicit Deum, ut summum ens, contentum sub ratione entis, in ejusque contemplatione tota per se consistit. Deum enim considerat, ut ultimum finem actuum humanorum ad scientiam moralem pertinet. Ad Theologia considerat Deum sub ratione deitatis, & sub lumine fidei, que illi utrumque proponit, & Deum, ut summe verum, & summe bonum tandem assequendum; ideoque utrumque complectitur.

XI. Ad secundam instantiam quidam neg. min. volentes, in quolibet actu theologico reducere rationem speculationis, & praxis, quibus tamen non assentiatur. Licet enim Theologus vere pius, debeat omnem suam considerationem de Deo ordinare ad Deum amandum, id est ex parte operantis; extermine Theologia dum inclinat hominem ad Deum considerandum, per se non inclinat ad Deum amandum. Quare nego maj. non enim necesse est, ut adequata ratio formalis objecti, & habitus in quolibet actu respiciatur, sicut nec quilibet actus anime rationalis est simul vegetatio, sensitio, & intellectio, quamvis anima comprehendat simul vegetativum, sensitivum, & intellectivum, adequate sumpta.

XII. Obijcies secundo contra secundam partem. Illa scientia, & notitia est practica, que determinat intellectum ad volitionem rectam; sed notitia Theologica determinat intellectum ad volitionem rectam, nimirum ad Deum amandum, colendum &c. ergo &c.

Confirmatur & principia Theologie sunt practica, sumuntur enim a Deo, qui est ultimus finis: Unde Joann. 10. 31. dicitur: hæc autem scripsit Joannes, ut credatis, quia Jesus est Christus filius Dei, & ut credentes vitam habeatis in nomine ejus. Non ait, Divina Mysteria ideo facti exarata, ut Deum, quæque perfectiones actius investigetis. Et ideo D. Augustinus.

lib. 1. de Doctr. Christiana circa finem, ait Theologiam ordinari ad dirigendos quatuor actus, videlicet credere, sperare, diligere, & virtuose vivere.

XIII. Respondet dist. maj. illa &c. est practica, que unice, & in omni sui parte, que quidem principaliter determinat intellectum &c. conc. maj. que non unice, & solum in aliqua sui parte, & minus principaliter &c. nego maj. & distincta min. nego consequ. Non nego, Theologiam notitiam in aliqua Theologie parte determinare intellectum ad volitionem rectam, ad Deum amandum, & colendum &c. & ideo non nego Theologiam esse practicam; sed quod id unice præstat, principaliter, & in omni sui parte: hoc nego.

Ad confirm. nego ant. in sensu arguentis. Nam principia Theologie sumuntur a Deo, qui est quidem ultimus finis, sed etiam est prima veritas: unde nedum illuminant ad Dei amorem, sed principaliter, & proximius ad Dei contemplationem; quia (ut ait Div. Thomas hic) Theologia principaliter agit de rebus divinis, quod de actibus humanis, per quos homo ordinatur ad ultimum finem. Immo ex hoc etiam, quod Theologia legem veterem, & novam ordinat ad beatitudinem, que est Divinæ Veritatis contemplatio, sequitur, magis eam esse speculativam, quam practicam: & per hoc respondetur ei, quod adducitur tum ex Joanne, tum ex Augustino: quia est ea, que scripta sunt, & ipsa Theologia ordinatur ad perduendum hominem per fidem, spem, charitatem, & virtuosam vitam ad beatitudinem, que aliud non est, quam Veritatis Divinæ contemplatio, sequitur, eam ultimo, & principaliter ordinari ad contemplationem.

XIV. Dicit etiam potest, alium esse finem scientiæ ad ea per se intentum, & propter quem ipsa principaliter instituta est: alium esse finem scientiæ, quem sciens debet sibi præferre. Est autem finis scientiæ, seu finis Theologiæ vero præli & Christiani sit, omnes etiam suas speculationes ordinare ad Deum amandum, colendum, & tandem in patria possidendam; & nedum speculationes Theologicis, sed etiam omnes alias naturales: Finis tamen intrinsecus, & proprius Theologie est, principaliter hominem perducere ad cognitionem, & contemplationem divinorum. Quia distinctione præhabita evacuatur alia multa, que contrarij accumulat ad probandum, Theologiam esse, vel solum, vel principaliter practicam.

D U B I U M V.

An Theologia sit certior, dignior aliis scientiis, & an sit etiam sapientia.

S. I.

Quædam notata digna pro prima parte.

I. Certitudo a Philosophis triplex distingui solet nimirum obiecti, subjecti, & motivi. Certitudo obiecti est immobilitas, & invariabilitas rei in se, vel quoad existentiam, & hæc solius Dei propria est; vel quoad essentialitatem, nimirum connexionem prædicatorum essentialium: & hæc, vel est metaphysica, quia prædicatum ita cum subiecto connectitur, ut sine illo stare nequeat, nec divinitus, ut homo est animal rationale, vel physica, quia prædicatum saltem naturaliter connectitur cum subiecto, ut hæc propositio; ignis omnis applicatus combustibili urit.

II. Certitudo subjecti, five subjectiva est firma adhesio intellectus alicui obiecto cognito, quod vel est, vel putatur esse verum, licet tale non sit: quia fit, ut tenacius quid adheret propositioni tantum probabili, ut etiam falsæ, quam putat esse demonstratam, vel veram: inde tenacius hæretici adherent suis erroribus, quam interdum Catholicis hæreticis veritatibus. Hinc Aristot. 7. Ethic. cap. 3. sunt, inquit, qui non minus opinioni suæ, quam illi sui scientiæ credunt. Hęc autem pertinacia potius dicenda est, quam certitudo.

Certitudo motivi est connexionio intellectus mediæ cognitivi cum re, que cognoscitur: que conexio apparet, vel per experientiam, qualem habemus, quod omnis ignis fit calidus; vel evidentiæ luminis naturalis, qualis est certitudo circa prima principia; vel per illationem ex principiis evidenter cognitis, qualis est certitudo conclusionis naturalis debite illatæ ex præmissis evidentibus: Vel denique per revelationem alicujus veritatis, qualis est certitudo fidei; aut per illationem ex veritatibus revelatis, non evidentibus, sed certo cognitis, qualis est certitudo conclusionis Theologicæ.

III. In Theologia vero processus a principii ad conclusionem fieri potest tripliciter; aliquando enim proceditur ad conclusionem aliunde factam; ut cum concluditur, Deum esse immensum, infinitum, immensum, que per metaphysicam facta supponuntur. Aliquando vero proceditur ad conclusionem, de qua nondum determinatum est quid sit tenendum, ut sunt omnes conclusiones de efficacia gratiæ necessariæ ad Baptismum, & Pœnitentiam. Aliquando vero ad conclusionem jam determinatam per Ecclesiam, ut quod in Christo dux sint voluntates; quod baptizati ab hæreticis non sint rebaptizandi; cujus veritas licet olim controversa, modo tamen ab Ecclesia determinata est.

IV. Supponendum etiam ex dictis est, Conclusionem Theologicam inferri posse vel ex duabus propositionibus Fidei Divinæ creditis, ut si dicatur: Christus est beatus; sed Beatus videt Deum facie ad faciem; ergo Christus videt Deum facie ad faciem; vel ex una credita, & alia naturali necessaria, ut si dicatur: omnis homo est risivus; Christus est homo; ergo Christus est risivus. Vel ex una propositione credita, & alia naturali solum probabili, ut si dicatur: Christus habet veram corporis & talis per formam corporeitatis ab anima rationali distinctam;